



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

§. Decimus Septimus. Summarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

## S C H O L I A.

(201) **O**mnes & singulae constitutiones. Constitutiones istae cum non quadrant instituto exemptionum quarum enucleationem suscepit praetereo qui volet tamen eas videre poterit tum in Bullario Pontificum tum apud Petrum Matthei in septimo decretalium Apostolicarum post sextum Clementinas & extravagantes editarum apud quem sigillatum distinctis titulis hæc consueudines descrip̄tæ sunt.

(202) **E**t eorum iurisdictionem aut iura quomodolibet. Incurtere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini eos qui jurisdictionem Ecclesiasticam prælatorum ac etiam ordinariorum impediunt per recusum ad curias aut leculares potestates liquidum est ex serie dictæ Bullæ ac signanter excommunicatione in ordine decima sexta quam Gregorius Sayrius<sup>†</sup> in theatro Theologice moraliter explicavit lib.3. cap.20, eaque etiam innodat eos qui auxilium Concilium favorem præstant, qua de te & ego alio in loco, d.liby.4.questio.76. de iurisdictione ordinari in exempt.

(203) **N**econstat contra Ecclesiasticam libertatem. Quæ dicantur adverbi Ecclesiasticae libertati, vide supra scholio 7. & quæ dicantur statuta contra libertatem Ecclesiasticam præterea quibus ex causis statuentes excusentur tradit. Navarrus in Manuali cap.27.num.119.

## §. DECIMVS SEPTIMVS,

## SUMMARIUM,

\* Principes aveniant sub generali dispositione.

(204) **E**t cum ea iuri nedum contraria sed etiam Ecclesiasticae libertati opprobria sint, quam plurimum & adversa ut de officio nobis credito dignam Deo possimus reddere rationem, affectibus & monitis paternis imperatore Reges, Dukes Marchionces, Comites, Barones & quoscumque alios alterius cuiuscumque nobilitatis præminentे potentia seu potestatis excellentiæ vel dignitatis existentes, attente hortamur in domino eisdē in

in virtute Sanctorum obedientia mandantes ut ipsi constitutiones prædictas obseruent & faciant etiam à suis subditis inviolabiliter observari quacunque consuetudine contraria non obstante nisi distinctionem ac collationes de dictis beneficiis sic factas nullas & irritas nihilominus esse decernimus ac illis utentes reddantur inhabiles ad alia beneficia Ecclesiastica obtinenda donec cum eis super hoc per sedem prædictam fuerit dispensatum.

## S C H O L I V M .

(204) **E**t cum ea. Animadverte quod licet in generali dispositione non veniam principes & aliae personæ speciali nota dignæ ut latius ostendi a loco lib. 4. quest. 4. hoc tamen in casu comprehenduntur quia specialis hic eorum facta est mentio idque non obstantibus privilegiis aut consuetudinibus contrariis. Tum quia Papa per clausulam in calce hujus constitutionis ad scriptam derogat. De cuius potestate ambigui nequit uti alias dixi. lib. 3. quest. 9. Tum quia Papa claves Ecclesiæ à se non potest abdicere nec sibi magnum ligare. cap. fin. ab gloss. de Re scripte in 6. cap. Innotuit de elect. dixi lib. 4. quest. 13. Navarrus conj. 2. de Religiosis dominibus.

## §. DECIMVS OCTAVVS.

## SUMMARIUM.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Synodus quatuorplex.                                       | 8. Privilegium in corpore iuriis clausum difficitus tollitur. |
| 2. Episcopatu[m] synodus est quotannis celebra[n]da.          | 9. Clausula non obstantiarum an tollant tempus immemoriale.   |
| 3. Causa finalis synodi.                                      | 10. An reficiant tempus futurum.                              |
| 4. Pena omissionis synodi.                                    | 11. Monitus unicus sufficit.                                  |
| 5. Pena an ipso iure incurvantur.                             | 12. Clausula quales excusat à synodo.                         |
| 6. Exempti venire ad synodum non tenentur.                    | 13. Synodales constitutiones an confirmari debent à Papa.     |
| 7. Cisterciensis ordinis privilegio an derogatur has leonina. | Matu-   |